Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



94

MIAS

uz erit. z uerbis tuis. z non erit qui
audiat. Et effundes super fauam de ma
nibus tuis. z de platea tua gemitus. z ploratus. z non
erit in te amplius. z non erit clamor sponsi. z non erit
sponsa. Inde sola
tione enim erit terra. Cap. viii.
In tpe illo ait dominus et
trahent ossa regis tui. z ossa
principum eius. z ossa sa
cerdotum. z ossa prophetarum. z ossa
eorum qui habitauerunt in terra
de sepulchris suis. z expan
dent ea ad solem z lunam.
z omnem militiam celi q̃
dilexerunt. z quibus seruierunt.
z post quos ambulauerunt.
z quos exquisierunt z adorauerunt.
Non colligentur. z non se
pelientur. In sterquilinium
super faciem terre erunt. Et
eligent magis mortem q̃
vitam omnes qui reliqui
fuerint de generatione hac pes
sima. in uniuersis locis quę
dispersa sunt. ad quę ejecit e
os dicit dominus exercituũ.
Et dices ad eos. Hec dicit
dominus exercituũ. Numq̃
qui cadit non resurgit. et
qui auertitur non reuertetur.
Quare populus iste ierl
auersione seruiens. Apprehenderunt
mendacium. z noluerunt reuerti. Attendi
et auscultaui. nemo quod bonum
est loquitur. nullus est qui agat
pœnam super peccato suo dicens.
Quid feci. Omnes conuersi sunt ad
cursum suum. q̃si equus impetu
vadens in prelio. Milvus in celo
cognouit tempus suum. turtur et
hyrundo z ciconia custodierunt
tempus aduentus sui. populus autem meus
non cognouit iudicium dñi. Quomo
dicitis sapientes nos sumus. z lex
dominii mecum est. Ecce vere mendacium
operatus est stylus mendax scri
barum. Confusi sunt sapientes. et ter
riti z capti sunt. Verbum ei dominii
reppulerunt. z sapientia nulla est in eis.
Propterea dabo mulieres eorum alteris. agros
eorum heredibus. a minimo usq;
ad maximum omnes auaritiam
sectantur. A propheta usq; ad sacerdotem
cuncti faciunt mendacium. Et sana
bant contritionem filie populi mei
ad ignominiam dicentes. pax pax
cum non esset pax. Confusi sunt quia
abominationem fecerunt. Quin
imo confusione non sunt confusi. et
erubescere nescierunt. Ideo cadent
inter corruentes. in tpe visitationis
sue corruent dicit dominus. Congregans congregabo eos dicit dominus.
Non est uva in botris. z non ficus
in ficulnea. folium defluxit. z dedi
eis quę preterissa sunt. Quare se
demus. congregamini z ingrediamur
ciuitatem munitam. z sileamus
ibi. quia dominus deus noster silere nos
fecit. z potum dedit nobis aquam
fellis. Peccauimus enim domino.
Expectauimus pacem z non erat
bonum. tempus medele. z ecce pa
uor. Audan auditus est fremitus
equorum eius. a uoce hinnitus pug
natorum eius. conmota est omnis terra.
Et uenerunt z deuorauerunt terram z
plenitudinem eius. urbem z habita
tores eius. Quia ecce ego mittam
vobis serpentes pessimos. regulos
quibus non est incantatio. z mordebunt
vos ait dominus. Dolor
meus super dolorem. super me cor meum
merens. Ecce vox clamoris filie